



**R. P. Antonii De Escobar Et Mendoza, Vallisoletani,
Societatis Iesv Theologi, Vniversæ Theologiæ Moralis,
Receptiores Absqve Lite Sententiæ nec-non
Problematicæ Disquisitiones ... Volumen ...**

Virtvtes Theologicæ. Libro Triplici Fidei, Spei, & Charitatis materias expono

**Escobar y Mendoza, Antonio de
Lugduni, 1663**

Caput 28. Circa pœnas suspecti de hæresi, & hæretici filiorum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-80695](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-80695)

quia traditus Curie seculari, ad misericordiam non admittitur, sed nullus damnatur ut impenitens, qui seculari Curie non tradatur per ipsam condemnationem: ergo facta condemnatione, non est iam remissioni locus. Farinacius *quest. 193. num. 58. & 59.* citans multos. Dixi regulariter, nam in aliquo casu raro quidem, in quo magna vere conversionis reus indicia ostenderet, & de quo fructus posset sperari, ab Inquisitoribus ex æquitate ad misericordiam admitti posset.

DUBIUM CXXXVI.

Quis eductus à carcere, & in tabularum exitus sententiam audietur conuertitur: recipiendūne est ad misericordiam?

⁵⁸⁷ *Admittitur.* Non est admittendus. Quia respectu huius iam est sententia prolata, illicque manifestata, etsi promulgata non sit: ergo eius conversio sic post condemnationem: igitur non vera debet censeretur. sed ad vitandam penam, ac proinde nec recipienda. Sic Pegna *parte secunda. Director. comment. 36. vers. Postquam*, asserens ita in quadam Madriliana instructione cauere.

⁵⁸⁸ *Admittitur.* Admittendus est. Quia videtur id pietati, ac misericordie Ecclesie conuenire. Ita Decian. *tractat. crimin. libr. 5. cap. 39. num. 3.* Farinacius *de heresi. quest. 193. & 60.* Palao *tractat. 4. de fide. disputat. 6. punct. 2. numero 20.* asserens idem docuisse Pegnam *parte tertia. Director. commentario quadragesimo secundo, num. 175.*

⁵⁸⁹ *Admittitur.* Ego quidem existimo, si in aliquo casu Doctoribus mini Inquisitores viderint, specialissima conversionis signa, posse reum huiusmodi ad reconciliationem admittere in pietatis Sanctissimi Tribunalis documentum.

DUBIUM CXXXVII.

Violans penitentias ab Inquisitoribus iniunctas, nempe fugiens à carcere. habitum penitentialem non deferens, non ieiunans, &c. debetne vti relapsus condemnari?

⁵⁹⁰ *Admittitur.* Assolent, Inquisitores, consuetudine iam recepta, hereticos penitentes in signum conversionis, ac detestationis erroris, imperare ut parenter supra vestes portent accuum quendam crucibus crocei coloris rubricatum. Porro si ij heretici hunc habitum occultauerint, aut abiecerint, vel alias penitentias iniunctas omiserint, possunt Inquisitores aduersus eos procedere tanquam de heresi suspectos. Quia non leuem suspicionem ingerunt, conversionem antecedentem fictam fuisse, & errores haud ex animo detestari, siquidem eorum satisfactionem parui pendunt, & omittunt. Farinacius *de heresi. quest. 193. num. 123.* Pegna

part. 3. Director. comment. 146. circa principium. Simanc. *de Cathol. institut. titul. 48. num. 29. & 30.* Quæsierim igitur, quæ pena puniendi sint hi heretici, scilicet à carcere fugiens, habitum penitentialem non deferens, non ieiunans, &c. num debeant vti relapsi condemnari?

Debent quidem condemnari ut relapsi, & Curie seculari tradi. Quia omittens sine causa penitentiam sibi iniunctam exequi, præsumitur, fecte fuisse conuersum, & in pristino errore persistere: ergo ut relapsus damnari poterit in errorem enim iam reprobatum relabi præsumitur. Sic Eymeric. *Director. part. 3. quest. 97. sine.* Decian. *tractat. crimin. libr. 5. cap. 56. numer. 4.* Campeg. *in addit. litter. C. verb. Detrusum.* Zanch. *tractat. de heretic. cap. 10. num. 4.* Humbert. *Locat. in iudicia. Inquisit. verb. Carcer. num. 16.* Calderin. *tractat. de heretic. rubric. de heretic. contum. numero primo, & secundo.*

Non debent vti relapsi condemnari. Quia violare penitentias iniunctas non est signum à iure statutum approbationis erroris. Ergo non debet quis ob huiusmodi violationem, vti relapsus condemnari. Consequentiam probō, quia non permittitur Iudicibus condemnare, ut relapsus, quem iura relapsus non iudicant. Ita Simanc. *de Cathol. institut. titul. 16. rubric. de custod. reor. num. 14.* Pegna *part. 3. Director. quest. 97. comment. 146.* Rojas *tractat. de heretic. part. 2. assert. 41. num. 35.* Hippol. *Riminal. consil. 150. per totum.* Farinac. *quest. 193. num. 136.* Zechi. *summ. parte prima, titulo de fide, rubric. de heresi, capite 11. numero 18.* & alij apud ipsos.

Vtius reputo, violentem penitentias iniunctas, non relapsus, sed impenitentem esse: & contra eum tanquam contra impenitentem procedi posse, dum ipso persistit statu; & si cum impenitens, si à contumacia recedit, & misericordiam implorat, admittitur, & nullo modo brachio seculari traditur: sic cum hoc impenitente esse gerendum. Debet tamen pro crimine penitentia violata absque causa arbitrio Inquisitorum puniri, vel pecuniaria poena, vel fustibus, vel ieiuniis, pensata personæ qualitate, gravitate criminis, & malitia delinquentis.

CAPVT XXVIII.

Circa penas suspecti de heresi, & heretici filiorum.



HERETICIS affines sunt, qui perpetrant crimen, ob quod de heresi suspecti redduntur. Suspicio hæc est triplex Modica, seu res suspiciosa: Magna, seu vehemens: Maxima, vel Violenta. Levis suspicio est, quæ ex leuibus indicis, & coniecturis oritur. Vnde si frequenter quis peierat, & vitam degit depravatam, si Sacramenta prauo in statu, aut sine iurisdictione, & potestate ministrat, aut bis Sacramentum, non repetendum init, secundas nuptias viuente coniuge priori contrahit, si

⁵⁹¹ *Debent, ut relapsi condemnari.*

⁵⁹² *Non debent.*

⁵⁹³ *Hoc mihi verius.*

⁵⁹⁴ *Triplex esse de heresi suspiciosa: Magna, seu vehemens: Maxima, vel Violenta.*

per annum in excommunicatione, extra causam fidei, existat, si intra Sacramentum Confessionis ad Venerem, aliāve flagitia poenitentem prouocet, vel his similia gerat, leuiter de haeresi suspectus censetur. Moneo tamen, quādam ex his reddere suspectum de haeresi secundū cōmunem Doctorum opinionem; alia vero ex praescripto iuris sic statuentis.

595
Quanam
vehemens
suspicio.

Magna seu vehemens suspicio est illa, quae ex verbis, vel factis efficaciter, frequenterque haeresim concludentibus desumitur. Exempli gratia, si quis vocetur respondere de fide, & intra terminum assignatum absque causa non comparet, ex *Cap. Cum contumacia, de haeresi in 6.* Si impediatur scienter directe, vel indirecte Sanctae Inquisitionis Officium, *Cap. Ut Inquisitionis negotium, de haeretico in 6.* Si impediens Sanctae Inquisitionis Officium praestet scienter consilium, auxilium, vel fauorem, *cap. ut Inquisitionis.* Si haereticos ab Inquisitoribus citatos, & eorum credentes instruat, quoniam modo veritatem celent, vel falsum deponant, *Cap. Accusatus, de haeretico in 6.* Si faueat, defendat, recipiat haereticum, quia haereticus est, non quia est ei consanguineus, vel amicissimus, *Cap. Excommunicamus, 1. §. Credentes, de haeretico.* Idem est, si cum haereticis specialissimam ineat familiaritatem. *Cap. Inter sollicitudines, de purgatione Canon.* Si in causa fidei conuincatur, dixisse in iudicio falsum, eo quod reuocet, quod prius falsus fuerat, *Cap. Literas, de praesumptionibus.* Et Religiosus, qui in partis vltra marinis absque Superiorum licentia commorantes detrahunt Sanctae Rom. Ecclesiae constitutionibus, & alia multa à fide denia in suis concionibus, aut secretis colloquiis non verentur enotare, *Extr. au. Joannis XXII. quae incipit, Ad nostram, de Regular. inter communes.*

596
Quanam
suspicio
Violenta.

Violenta demum suspicio est, quae ex verbis, aut factis oritur atque tantis indicem ad credendum, sic facientem, vel dicentem haereticum esse. Verbi gratia, si quis haereticos adoraueit, vel more suo reuerentiam exhibuerit, consolationem, vel communionem ab eis receperit, *Cap. Accusatus, de haeretico in 6.* Si in causa fidei excommunicatus per annum infortuerit, *Cum contumacia, de haeretico in 6.* Si deficiat in purgatione Canonica, quam in causa fidei ei indictam praestare non potuit. *Cap. Inter sollicitudines, de purgatione Canon.* Si post abiuratum haeresim, de qua conuictus fuerat, vel postea conuincatur, cum haereticis communicat, eos inuiscit, receptat, deducit, dona, vel munera eis praestet, vel immittit. *Cap. Accusatus, §. Ille quoque, de haeretico in 6.* Legendi Humbert. Locat. in iudiciali Inquisit. v. Suspicio, num. 1. 2. 3. & 4. Simanc. de Cathol. institut. tit. 50. num. 22. 23. 25. & 26. Eymeric. part. 2. q. 55. Pegna part. 2. Comment. 80. Farinacius de haeresi, q. 187. §. 2. 3. & 4. His ergo praemissis.

DVBIVM CXXXVIII.

An suspicio levis sufficiat ad reum condemnandum?

597
Sufficit quidem.

Sufficit quidem. Quia id in leg. 2. Cod. de haeretico. ex leui argumento aduersus Catholi-

cam Religionem reus uti haereticus condemnatur, ibi: *Haereticorum auiam vocabulo conueniunt, & latis aduersus eos Sanctionibus succumbere debent, qui vel leui argumento à iudicio Catholicae Religionis, vel tramite detestati fuerint deniare.* Verba igitur illa, *Leui argumento*, pro leui indicio, & probatione aperte usurpanda. Sic plures Doctores, quos, presso nomine, memorat Castro Palao tractat. de fide, disputat. 7. puncto primo, numero quarto, eorumque sententiam probabilem esse iudicat, siquidem contrariam probabiliorē vocitat.

Minime sufficit. Quia leuia indicia modice, quae coniectura mouere non debent animam viri prudentis ad iudicium ferendum de tam graui crimine, vel potius in sanum sensum debent interpretari. Ita Locat. supra num. 6. Si mane, de Cathol. institut. tit. 50. num. 28. Eymeric. part. 2. quest. 55. num. 2. Rojas tractat. de haeretico, parte secunda, assert. 6. num. 148. Farinacius de haeresi, questio. 187. numero 26. Palao citatus.

Regula circa leuem suspensionem certa est mihi, non sufficere ad condemnandum ream. Neque obstat existimo textum pro prima opinione citatum. Verba enim illa *Leui argumento*, non pro leui indicio, sed pro leui haeresi sunt intelligenda. Ut sensus sit, eos haereticorum vocabulo contineri, qui leui argumento, id est, pauculum, vel minimum, vel in vno tantum articulo à fide Catholica deuiant.

DVBIVM CXXXIX.

An levis suspicio sufficiat ad inuincendum specialiter contra aliquem ipsiusque interrogandum?

Sufficit quidem. Quia inquisitio, & interrogatio assumuntur à Iudice ad inuestigandum veritatem, quae inuestigatio nec odiola est censenda, neque iniuriola, cum ille, qui leuem dedit suspicandum indicium, fundamentum iudicio sufficiens obicit. Porro si indicia vehementia suspicionis quis daret, non solum inquiri, & examinari, sed & torqueri posset: ergo leuia indicia saltem examinationi eum reddunt obnoxium. Sic Scaccia tractat. de iudic. cap. 59. num. 2. Calderin. tractat. de haeretico, fili. & nepot. num. 10. Rojas tractat. de haeretico, part. 2. num. 1. Pegna Direct. part. 1. comment. 12. ad cap. Excommunicamus, el. 1. de haeretico. Decian tractat. crimin. lib. 5. cap. 20. num. 21. Mascard. de probatione lib. 2. conclus. 86. num. 3. Roland. lib. 3. consil. 8. num. 6. Paril. libro quarto, consil. 1. numero 100. & alij.

Non sufficit. Quia inquisitio, & examinatio de alicuius credulitate esse non potest, nisi Nijssia qui de eius recta fide dubitator: at ob leuia indicia, leuesque coniecturas dubitare de crimine adeo graui, ut est infidelitas, licet non potest, ut ex communi sententia docet Lessius lib. 2. de institut. cap. 29. dub. 3. num. 1. Ita Simanc. de Cathol. institut. tit. 50. num. 28. Clarus praef. crimin. §. final. questio. 6. num. 6. vers. Item scias. Menochius de praesumpt. questio. 100. a num. 1. Nauarra

Navarra lib. 5. *Consil. conf. 2. numero 8. titulo de heretic.*

602
Vt distinctione. Si hæresis suspicio levis ex delicto oriatur, cui à iure, vel consuetudine talis suspicio annexa est: cenſeo inquiri, interrogari poſſe delinquentem de eius fide, & credulitate; ſecus verò ſi ſuſpicio oriatur ex alijs delictis, quibus ſolum in Doctorem opinione poſitum eſt, ſuſpicionem ingerere. Priorem partem huius conſuſionis probat uſus, & conſuetudo ſecundum vero ſecundę ſententię fundamentum ſtatuit.

D V B I V M C X L.

An Filij, ac nepotes hereticorum inhabiles ſint ad Beneficia acquiſita, antequam pater declaratus fuerit hereticus?

603
Errum eſt filios, ac nepotes hereticorum nulla affici corporali pœna: nec priuari bonis proprijs, nec poteſtate ſuccedendi in maioratu: neque ſucceſſione auctorum aliorumque conſanguineorum: bonis vero parentis omnino priuari, ſi iure naturę debita excipias alimenta. Contrahere item irregularitatem non ſolum filios, ſed nepotes, ſi per viam masculinam deſcendant; ſi autem via feminea ſolum filios contrahere præterea inhabilitatem ad Beneficia ex cap. *Quicumque*, §. *Heretici*, de heret. Quæſierim verò, an inhabilitas hæc extendatur ad Beneficia acquiſita priuſquam pater declaratus fuerit hereticus?

604
Ad ea ſunt inhabiles. Quia in cap. *Felices*, §. *Quod ſiquis*, de pœn. in 6. filij perſcuerentis S. Romanę Eccleſiæ Cardinalem priuantur Beneficijs, quæ tempore delicti parentis obtinebant: ſed grauius delinquit, qui Maieltatem diuinam offendit: ergo grauius debet puniri. Sic Flamin. de reſignat. Benefic. l. 3. q. 1. n. 34. Gutierrez libr. 2. Canon. q. 9. c. ult. n. 38. Graſſi. l. 2. Decif. 12. n. 11. Farinac. de hereti. q. 19. l. n. 57. Pegna p. 3. Direct. 9. l. 14. com. 161. & alij.

605
Inhabiles ad ea non ſunt quia nullibi inuenitur cauta talis priuatio: ergo aſſerenda non eſt pœnæ namque & præcipue reſpectu innocentium extendendæ non ſunt. Ita Sanch. libro ſecundo, Decalogi capite 28. numero 27. Suarius de fide, diſputatione 24. ſectiõne tertiã, Palao de fide, tractat. 4. diſput. 7. puncto ſecundo, numero 11. & plures à Sancio, Pegna, ac Farinacio citati.

606
Ego quidem hanc ſententiam communio- rem, benigniorem, uſu receptam, & validiſſimam argumentis munitam eligendam duxi, in- contraria ſententia adductum. Quia ſolum probat, poſſe Eccleſiam hereticorum filios Bene- ficijs priuare, non tamen de facto priuari offendit. Decuit enim illo crimine læſionis Cardinalis hac pœna affici filios, (licet le- uis ſit quam hæreſis) ob euitandam de- linquendi audaciam. Neque in pœnis valet argumentum à maioriſſima rationis.

Eſcobar, & Mendoza, Theol. Mor. al. Tom. VI.

D V B I V M C X L I.

An pœna infamiae afficiat hereticorum filios?

607
Afficit quidem. Quia hæc pœna afficit filios reorum læſæ Maieltatis humanæ: ergo à fortiori afficiet filios reorum diuinæ læſæ Maieltatis. Porro hanc pœnam ſubire filios reorum læſæ Maieltatis humanæ præſcribit lex *Quisquis*, §. *Filij*, Codicis ad legem Iuliam maieltat. Sic Couarruias lib. 2. var. cap. 8. num. 1. plures referens Anton. Gomez leg. 40. Tauri, num. 9. Simanc. titul. 29. num. 13. & 14. Farina- cius de hereti. quæſtione 191. numero 23. ci- tans alios.

608
Non afficit. Quia nullam firmam fundamen- tum habet contraria ſententia, cum nullus ex- tet in Canonico iure cui ſtandum eſt in hoc delicto, utpote Eccleſiaſtico, textus hanc illis pœnam irrogans. Ita Sanchez libr. 2. Decalogi cap. 28. num. 5. Menochius Conſil. 808. num. 44. volum. 9. Suarius de cenſur. d. 48. ſectiõ. 3. num. 2. & de fide, diſputatione 24. ſectiõ. ultim. num. 7. Palao de fide, tractat. 4. diſput. 7. puncto 2. numero 10.

609
Fateor primam ſententiam eſſe commu- nem, ſed ſecundæ adhæreo; quia prima haud ſermo fundamine nititur, nec in iure Canonico, (ut diximus) vilis eſt textus id perſuadens. Conſtitutiones enim Innocentij I V. Alexan- dri IV. & Clementis IV. incipientes, *Ad ex- tirpanda*, quæ à Pegna inter litteras Apoſtoli- cas referuntur, ſolum hos filios excludunt à publicis officijs, ex qua excluſione non infer- tur infamia. Porro in lege pœnali argumen- tum à ſimili validum non eſt, ſcum pœnæ non ob ſimilitudinem rationis, ſed ob iuris diſpo- ſitionem imponantur. Denique ſi eſſent infa- mes, priuati eſſent omnibus privilegijs, omni- que actu legitimo, omnique teſtimonio feren- do, quod nullo fundamento probatur.

D V B I V M C X L I I.

An ob ſolam contumaciam parentum pœnis à iure impoſitis afficiantur filij, vel nepotes?

610
Ob ſolam parentum contumaciam his pœnis afficiuntur. Quia contumax pro heretico habetur, & velut hereticus biſpanis ob- condemnatur, Cap. *Cum contumacia*, de hæ. ſolam pa- retic. in 6. Cap. *Excommunicationis*, el. 1. §. *reſcriptum con- tumaciam*. Qui autem, de heretic. Item qui per an- num in excommunicatione perſeuerat, per- tinax præſumitur præſumptione iuris, & de iure, ut tradit Cap. *Cum contumacia* Ioan. Andr. & Geminian. & ut talis damnatur: ergo pœnæ, quæ ex heretico in filios deriuantur, in huius damnatione locum habent. Ad- do, bona huius heretici in præiudicium filio- rum conſiſcantur: ergo & reliquis pœnis affi- ciuntur. Sic Pegna p. 3. Direct. 9. l. 15. comment. 164. Decian. lib. 7. cap. 41. num. 33. Sanchez l. 2. Decalogi. 27. n. 19.

H Non

611
Non affi-
ciuntur.

Non afficiuntur his poenis ob solam paren-
tum contumaciam. Quia ficta confessio ex
contumacia resultans, non est vera delicti pro-
batio, sed praesumpta: At praesumpta probatio
delicti solum delinquenti nocere potest, non
eius heredibus: nec momentum enim heredibus
ex vero antecessoris delicto debet provenire,
non ex ficto, ut constat expresse ex leg. Eius,
qui delatorem, §. i. §. de iure fisci: ibi: Eius, qui
delato em corrumpit, ea conditio est, ut pro convicto
habeatur, sed enim haec poena magis est, ut aduer-
sus ipsum locum habeat, qui delatorem redimit.
Ceterum aduersus heredem ipsum transire non
debet. Et vulgato axiomate confirmo, quod
probatio delicti orta ex contumacia non effi-
cit probationem requisitam ad delictum pra-
iudicans tertio, leg. final. Codice de probatori-
bus. iuncta lege Sancimus Codice de penis. Bartholo-
ad l. Cum filius, num. 4. Verum iustum non est
ut innocentes puniantur ex sententia, quae est
in pendentia, & quae potest revocari. Ita Farina-
cius de haereticis, quest. 19. num. 68. G. Gas de crimi-
nali maiest. lib. 3. tit. 1. de poenis, quas incurrit
filius, quest. 1. 3. numero tertio. Roland. conf. 19.
num. 180.

612
His lubet
Doctores
herere.

His lubet adherere Doctoribus. Nam sen-
tentia in contumaciam lata nunquam transit
in iudicium quoad poenam corporalem, sed
quandocumque haereticus compareat, etiamsi
eius statua combusta sit, est audiendus ex Glo-
ssa communiter recepta ad Cap. Excommuni-
camus. et l. de hereticis. verb. Condemnetur. ut tra-
dit Sanchez lib. 2. Decalogi cap. 27. numero 18.
Pegna Director. part. 3. comment. 49. Simanc. de
Cathol. institut. tit. 2. num. 10. & 21. Non igitur
contrahunt filii haereticorum ob solam paren-
tum contumaciam nullam contrahunt eis pro-
prium contrahunt. Unde non sunt inhabiles
ad Beneficia, neque irregulares, neque infames,
neque incapaces successionis, etiam in
sententia illorum, qui eos infames, &
& cuiuslibet successionis incapaces alle-
uerant.

DVBIVM CXLIII.

An infamia, privatio Beneficiorum, &
officiorum, ac reliquae poena filio-
rum haereticorum propria afficiant filios na-
tos, aut conceptos ante parentum
crimen?

613
Questionis
status.

Notanter dixi, Ac reliquae poena filiorum ha-
reticorum propria, ut excluderem ab hac qua-
estione bonorum publicationem, quae non est
filiorum, sed parentum poena: ac proinde in fi-
lios ante delictum natos eius damnum resul-
tare potest. Sanchez l. 2. Decalogi. 17. num. 6. Qua-
estio igitur est, num poena propria afficiant ha-
reticorum filios ante delictum parentum na-
tos, vel conceptos?

614
Afficiunt
quidem.

Afficiunt quidem. Quia ius de poenis filios
haereticorum impositis, & eorum laesa maie-
statis absolute, & indistincte pronunciat, filios
puniri, cap. Quicumque, §. Haeretici. Cap. Statu-
tum, de hereticis. in 6. Cap. Vergentis, de haere-
ticis. leg. Quisquis, §. Filii, Codice ad leg. Iul.

maiest. At sub nomine Filiorum absolute
prolatorum, tam nati, ante delictum, quam
post delictum intelliguntur: tum quia sermo
indistincte prolatus indistincte est intelligen-
dus, ex lib. 1. §. generaliter, Digestus de legat. pra-
stand. lib. 3. ff. de offic. praesid. l. De pretio, ff. de pu-
blic. in rem actione, tum etiam quia in l. Sena-
toris filius, ff. de Senatorib. habetur aequè filium
Senatoris dici, siue eum pater in Senatoria di-
gnitate suscepit, siue ante dignitatem Sena-
toriam, & in Cap. Inver. ceteras, de rescriptis. dici-
tur filius Sacerdotis, etiamsi ante Sacerdotium
fuerit progenitus. Ergo similiter dici poterit
filius haeretici etiamsi ante haereticum sit conce-
ptus: ac proinde in statuto filios haereticorum
puniente comprehensus. Sic Simanc. de Catho-
lic. institut. part. 2. num. 336. Pegna Director. p. 3.
comment. 163. Perez lib. 4. ordnat. tit. 1. §. leg. 3.
verf. Despuos que fizo la traicion. Menochius de
praesumpt. l. 5. praesumpt. 33. à num. 17. Couarruias
l. 2. var. c. 8. n. 5. Azorius tom. 1. l. 8. c. 13. post q. 8.
& tom. 1. l. 6. c. 4. q. 3. Tolet lib. 1. c. 69. n. 8. & alij
plures, quos refert Sanchez lib. 2. Decalogi cap. 27.
numero 9.

Minime afficiunt. Quia filij nati ante deli-
ctum parentis non dicuntur proprie, ac forma-
liter filij delinquentis: sicut non dicuntur filij afficiunt.
deportati, quos pater genuit ante deportationem,
ut expresse colligitur ex l. Ex facto 17. §.
Ex facto, ff. ad Trebellian. Neque dicitur filius
Senatoris, cuius pater à Senatu motus est, an-
tequam ille nasceretur: ut habetur l. Emanci-
patum, ff. de Senatorib. Quia ut ibidem dicitur,
ad hanc denominationem tempus concep-
tionis est spectandum, & multis probat Tiraquel-
de primogen. quest. 3. num. 8. Ergo similiter di-
ci non poterit propriè filius haeretici, cuius
pater post illius generationem in haereticum in-
cidit: cum autem poena filiis imposita ita rigi-
da sit, & acerbè, & innocentes afficiant, meri-
to limitanda sunt ad filios, qui propriè, ac for-
maliter filij delinquentium sunt, non exten-
denda ad illos, qui solum sunt materialiter ta-
les. Ita Calderin conf. 3. tit. de haer. Ant. Gomez
tom. 3. var. c. 2. c. 16. Molina alter de primogen. c. 11. nu. 55. No-
uarra conf. l. 5. conf. 23. de haer. Cevallos in com-
munib. opinion. qu. 653. num. 14. Vbi ex Manuele
tom. 1. sum. cap. 130. num. 5. sepe in Hispani-
tribunalibus sic esse indicatum. Et alij plures,
quos refert, ac sequitur Sanchez l. 2. Decalogi.
27. num. 14.

Hos sequor. Nam lex 2. tit. 2. part. 6. vbi
Gregor. Lopez ex signo vniuersali, quo vitus,
dicens, Todos sus hijos, infert, natos, & nascitu-
ros comprehendi, minime obstat, illa namque
verba intelligenda sunt iuxta l. 6. tit. 27. p. 2. ut
videlicet comprehendat omnes filios siue legi-
timos, siue illegitimos, siue existentes sub poe-
nate parentis, siue emancipatos, dummodo ge-
niti fuerint post delictum. Vnde satisfit iuribus
pro prima sententia adductis absolute, & indi-
stinctè pronunciantibus haereticorum filios
puniri. Solum enim de filiis post delictum pa-
rentum natis, seu conceptis est id intelligen-
dum.